

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

4 Vtrum sint principales circunstantiæ propter quid, & ea in quibus est  
operatio, vt dicitur in 3. Ethico.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

## QVAEST. VII.

cunstātia includūtur sub una, quæ est modus agēdi.  
 ¶ 3 Prat. Circumstantia non sunt de substantia actus: sed ad substantiam actus pertinere videntur causæ ipsius actus. ergo nulla circumstantia debbet sumi ex substantia ipsius actus. Sic ergo neque quis, neq; propter quid, neque circa quid, sunt circumstantia. nam quis, pertinet ad causam efficientem: propter quid, ad finalē: circa quid, ad materialem.

*e. r. post me  
dia to. 5.*

*e. r. post me  
dium to. 5.*

SED CONTRA est authoritas Philosophi in tertio\* Ethicorum.

RESPON. Dicendum, q Tullius in sua Rhetori ca assignat septem circumstantias, quæ hoc ceterū continentur. Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomo do, quando. Considerandum est n. in actibus, quis fecit, quibus auxiliis, vel instrumentis fecerit, quid fecerit, ubi fecerit, cur fecerit, quomodo fecerit, & quando fecerit. Sed Aristot. in 3. Ethicor. aliam. s. circa quid, quæ a Tullio comprehenduntur sub quid. Et ratio huius annumerationis sic accipi potest: nam circumstantia dicitur, quasi extra substantiam actus existens: ita tamen quod aliquo modo attingit ipsum. contingit autem hoc fieri tripliciter. Vno modo, in quantum attingit ipsum actum. Alio modo, in quantum attingit causam actus. Tertio modo, in quantum attingit effectum. Ipsū autem actum attingit vel per modum mensurae, sicut tempus & locus: vel per modum qualitatis actus, sicut modus agendi. Ex parte autē effectus, ut cū consideratur quid aliquis fecerit. ex parte vero causæ actus, quantum ad cām finalē accipitur pp quid: ex parte autē cause materialis, sive obiecti, accipitur circa quid: ex parte vero causa agentis principalis, accipitur quis egerit: ex parte vero causa agentis instrumentalis, accipitur quib; auxiliis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod tempus & locus circumstant actum per modum mensurae: sed alia circumstant actum, in quantum attingit ipsum quoniammodo, extra substantiam eius existens.

AD SECUNDVM dicendum, quod iste modus, qui est bene vel male, non ponitur circumstantia, sed con sequens ad omnes circumstantias: sed specialis circumstantia ponitur modus, qui pertinet ad qualitatem actus. puta, quod aliquis ambulet uelociter, uel tarde: & quod aliquis percurret fortiter, uel remissē. & sic de aliis.

AD TERTIVM dicendum, q illa conditio causa, ex qua substantia actus dependet, non dicitur circumstantia, sed aliqua conditio adiuncta: sicut in obiecto non dicitur circumstantia furti, quod sit alienum (hoc enim pertinet ad substantiam furti) sed quod sit magnum vel parvum. & similiter est de aliis circumstantiis, quæ accipiuntur ex parte aliarum causarum. Non enim finis qui dat speciem actus, est circumstantia, sed aliquis finis adiunctus: sicut quod fortis fortiter agat propter bonum fortitudinis, non est circumstantia: sed si fortiter agat propter liberationem ciuitatis, uel populi Christiani, vel aliquid huiusmodi. Intelligitur etiam ex parte eius, quod est quid. Nā quod aliquis perfundet aliquem aqua, abluit ipsum, non est circumstantia ablutionis: sed q abluedo in frigidet, vel calefaciat, & sanet, uel noceat, hoc est circumstantia.

## ARTICVLVS IIII.

Vtrum sint principales circumstantiae, propter quid, & ea in quibus est operatio.

*4. di. 16. q. 3.  
ar. 2. q. 2. &  
di. 33. q. 1. al.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod non sint principales circumstantiae, propter quid, &

## ARTIC. III.

¶ ea in quib; est operatio, vt dicitur in 3. \*Ethic. Ea. n. *tie. 3. q. 1. al.* in quibus est operatio, videntur esse locus & tempus, quæ non videntur esse principia inter circumstantias, cum sint maxime extrinseca ab actu. Ea ergo in quibus est operatio, non sunt principalissima circumstantiarum.

¶ 2 Prat. Finis est extrinsecus rei, non ergo videntur esse principialissima circumstantiarum.

¶ 3 Prat. Principalissimum in unoquoque, est causa eius & forma: sed causa ipsius actus est persona agens, forma autem actus est modus ipsius. ergo iste duæ circumstantiae videntur esse principalissime.

SED CONTRA est quod \*Greg. Nicenus dicit, q principalissimas circumstantias sunt, cuius gratia agitur, & quid est quod agitur.

RESPON. Dicendum, q actus propriæ dicuntur humani, sicut\* supra dictum est, prout sunt voluntarij: voluntatis autem motivum & obiectum est finis. & ideo principalissima est omnium circumstantiarum illa, quæ attingit actum ex parte finis. s. Cuius gratia, secundaria uero quæ attingit ipsam substantiam actus, id est, Quid fecit: alia uero circumstantiae sunt magis, uel minus principales, secundum quod magis, uel minus ad has appropinquant.

AD PRIMVM ergo dicendum, q per eam quib; est operatio, Philosophus nō intelligit tempus & locum, sed ea quæ adiunguntur ipsi actu. vñ\* Gre. Nicenus quasi exponēs dictū Philosophi, loco eius qd Philo sophus dixit, in quib; est operatio, dicit, quid agitur.

AD SECUNDVM dicendum, q finis est nō sit de substantia actus, est tamen causa actus principalissima, in quantum mouet agentem ad agendum, vnde & maxime actus moralis speciem habet ex fine.

AD TERTIVM dicendum, q persona agens, causa est actus secundū quod mouetur a fine, & secundum hoc principaliter ordinatur ad actum: alia verò conditiones personæ non ita principaliter ordinatur ad actum. Modus etiam non est substantialis forma actus: hoc enim attenditur in aeu secundum obiectum, vel finem, & terminum: sed est quasi quedam qualitas accidentalis.

## QVAESTIO VIII.

*¶ Super Questionem  
octauam.*

I De voluntate quorum sit ut volitorum,  
in tres articulos dividita.

**D**E INDE considerandū est de ipsis actibus voluntariis in speciali. Et primō de actibus, qui sunt immediatē ipsius voluntatis, velut à voluntate eliciti. Secundō de actibus imperatis à voluntate: voluntas autem mouetur & in fine, & in ea, quæ sunt ad finem.

¶ Primō igitur considerandum est de actibus voluntatis, quibus mouetur in finem: & deinde de actibus eius, quibus mouetur in ea, quæ sunt ad finem. Actus autē voluntatis in finem videntur esse tres, scilicet velle, frui, & intendere. Primo ergo considerabimus de voluntate. Secundō, de fruitione. Tertiō, de intentione.

¶ Circa primū consideranda sunt tria. Primo quidem, quorū voluntas sit. Secundō, à quo mouetur. Tertiō, quomodo moueat.

C Irca introductio nem questionis octauae, quoniam ibi distinguuntur actus voluntatis in eos qui sunt finis, & in eos qui sunt eorum, que sunt ad finem: dubium occurrit, an deur in voluntate actus neuter. Scotus enim in primo sent., distinet, i. quāl. 3, in 1. articulo tenet dari actum in voluntate tendentem in aliquid nec vt finem, nec in ad finem: & probat sic. Voluntati potest ostendī aliquod bonum absolute, non sub ratione properfe, nec propter aliud boni. Et voluntas potest habere aliquem actum circa tam obiectum, non inordinatum, intellectu ostendente qualiter illud volendum est. ergo